



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Paraenesis De Eleemosyna

Alardus <Aemstelredamus>

[Köln], 1545

VD16 A 1250

In cunctos indifferenter liberalitatis frena laxanda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63012)

DE ELEMOSYNA.

In cunctos indifferenter liberalitatis frena laxanda.

Hieronymus in epistolam ad Galat. cap. 6. Ne dicamus in largiendo, Ille est amicus: hunc nescio: hic debet accipere, iste contēni. Imitemur patrē nrm, q̄ solem suum oriri facit sup bonos & malos, & pluit sup iustos & iniustos. Fons bonitatis oībus patet. Seruus & liber, plebæus & rex, diues & paup, ex eo similiter bibunt. Lucerna cum accēsa fuerit in domo, oībus lucet æqualiter. Quod si in cūctos indifferēter liberalitatis frena laxant, quanto magis in domesticos fidei, & in Christianos, qui eūdem habent patrē, eiusdem magistri appellatiōe censentur? Videat autem mihi locus iste posse & superioribꝫ coherere, ut domesticos fidei, magistros nominet: quibus supra omnia quæ putantur bona, ab auditoribꝫ suis iusserat ministrari. Breue est uitæ istius curriculum. Hoc ipsum quod loquor, q̄d dicto, quod scribo, q̄d emendo, quod relego, de tempore meo mihi, aut crescit, aut deperit. Titus filius Vespasiani, qui in ultionē dominici sanguinis subuersis Hierosolymis, Romā uictor ingressus est, tantę dī fuisse bonitatis, ut cum quadam nocte sero recordaret̄ in cēna, q̄ nihil boni die illa fecisset, dixerit amicis: Hodie diem peridi. Nos putamus nō perire nobis horam, diem, momenta, tempus, ætates, cum ociosum uerbum loquimur: pro quo reddaturi sumus rationem in die iudicij. Quod si hoc ille sine lege, sine euangelio, sine Saluatoris & Apostolorum doctrina, naturaliter & dixit & fecit, q̄d nos oportet facere?

DE ELEEMOSYNA.

Olympiodorus in Ecclesiasticen capite 11. Sicut nubes iussu diuino imbrem super omnes homines spergunt, ita conuenit eleemosynam cunctis hominibus impartiri.

Promiscue quibusuis erogandum. Nec cui detur anxie rimandum.

CHrysofostomus homilia 12. ex capite 7. in epist. ad Hebræos. Ut quid existis scrupulosus uite eorum enucleator? Sed hæ occasiões sunt, & excusationes. Omni petenti te da, & uolentem à te mutuari non auerferis. Extende manum tuam, non sit cōtracta. Non enim uitarum constituti sumus discussiores, alioquin nullius hoc modo miserebitur. Quare quando deum rogas, dicis: Peccatorū meorum ne memineris? Proinde ac si ualde sit ille peccator, hoc ipsum & in ipso considera, & noli reminisci peccatorum eius. tempus est misericordiæ, non scrupulosæ discussionis, misericordiæ, non ratiocinationis. Nutriunt, si quidem uis tribue, si autem non uis, dimitte, sine increpatione. Quare miser es, & infelix? quare necdū misereris, & uolentes aueris? quā eñ ille audierit à te, quā iste deceptor ē, quā ille fictor est, quā ille ad usuram dat, incipit, neque istis dare, neque illis. Omnes in suspitione habebit, tales esse putabit. Scitis enim, quia quæ mala sunt facile suspicamur, quæ uero optima, nō ita. Efficiamur misericordes, nō quomodocunque, sed quomodo pater cælestis. Ipse, & adulteros, & meretrices, & maleficos gubernat. Et quid dico? omnem speciē iniquitatis habentes. In tanto eñ mūdo